



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

III. Herzog Barnim von Pommern vereignet dem Tempelorden 200 Hufen
Landes mit dem Dorfe Darmiezel, im Jahre 1234.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

alia parua villa adiacente et lacum etiam Rogov. Ad hec villas duas Oporino et Moclifov pertinentes ad zun. Contuli quoque dicte domui templi villam velikauetz cum omnibus suis attinentiis. Insuper chvartfane villam, super mizzla fluvium sitam, cum mille mansis et foro infra terminos illorum habendo iure et more teutonicali omniaque supranotata domino deo contuli cum omni libertate et vtilitate, que eis in presenti suppetere poterunt et in futuro. Ceterum vt mea donatio heredumque meorum perpetuam apud successores nostros obtinere possit firmitatem, presentem paginam scribi sigillique mei appensione precepi decorari, Testes quoque subnotari, quorum sunt hec nomina: Dominus Paulus, poznan. episcopus, Bogumil, castellanus de bnim, Bronis woido, Albertus, castellanus de poznan., Kystamp, castellanus de stargard, Cécirad, castellanus de Cybusim, lutognev, venator de kalis, et alii quam plures nobiles. Acta autem sunt hec Anno Incarnationis dominice Millesimo Ducentesimo Tricesimo Secundo, Indictione Quinta.

Wohlfbrück a. a. D. I, 61.

III. Herzog Barnim von Pommern verzeignet dem Tempelorden 200 Hufen Landes mit dem Dorfe Darmiezal, im Jahre 1234.

— — Barnim, Dei gratia Dux Sclavie, vniuersis crisi fidelibus inperpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos Ad honorem dei et sancte Marie in subsidium terre sancte Iherosolimitane fratribusque militie Templi villam, que dicitur Dargumiz in terra Chinz iuxta Aquam, que Mizla wlgari nomine appellatur, cum Ducentis mansis, cum omni libertate et vtilitate, nec non Jure Teutonicali contulimus et donamus possidendam. Huius rei testes sunt Barnizlaus, Svytin, Jacobus, Simon, Wensclaus, Gustifclaus, Mirofclaus, Chalo, Magister in Staregarde, et Cristianus, frater eiusdem loci, et alii quam plures. Vt autem hec nostra donatio firma sit et stabilis, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec in Staregarde, Anno domini M^o. CC^o. XXXIII^o.

Wohlfbrück a. a. D. I, 66.

IV. Herzog Barnim von Pommern schenkt den Tempelherren das Land Bahn und begiebt sich zu ihren Gunsten seiner Rechte an Küstzin, am 28. Dezember 1235.

In nomine domini amen. Nos Barnimus, dei gracia Dux Slavorum, fidelibus vniuersis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Religiosos viros, Fratres domus militie Templi Hierosolymitane, pro religione et honorificentia sua tanto propensius